



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvrghensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Mandatum apostolicum pro Praeposito de Conuentu Marchbach
postulando.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

Wernstorffer.
Wagenrieder.
Mänpecken.
Weier.
Ottmarsharter.
Schvvaphauser.

Et alij plures, qui bona sua tradiderunt, vt habetur ibi in libro
Donationum,

ADDITIONES.

Vndensis Monasterij exordium fabricati per magnum *Ottonem*
Illustrem Comitem Palatinum in *Witelsbach* de
mandato Sedis Apostolicę.

K *Alixius* Episcopus seruus seruorum Dei, Illustri viro O. Comiti Palatino
salutem & apostolicam benedictionem. Dolere te & vehementer tritari
audimus eo q. in illa Regis expeditione fueris in qua Dominus noster sanctę
memorię *Paschalis* nimis crudeliter captus fuit non tamen captioni aut reten-
tioni eius consilium seu auxilium præbuisi, vnde gaudemus valde & omni-
potenti Deo gratias agimus quod cor tuum sancti Spiritus visitatione ad pœnitenti-
am inclinavit, vt autem de bono in melius proficias atque in ecclesię vnitare
semper & obedientia perseueres in remissionem tibi peccatorum tuorum in-
iungimus Ecclesiam regularium fratrum construere que ad honorem Dei & salu-
tatem animę tuę sub beati *Petri* & eius *Romane* Ecclesię iure ac ditione in per-
petuum debeat permanere. per hoc enim & omnipotentis Dei gratiam & no-
strum poteris consilium & auxilium obtinere. Carissimum fratrem & consan-
guineum nostrum A. Aquensem Episcopum quem in partes vestras direximus
nobilitati tuę cõmendamus rogantes, vt ei pro beati *Petri* reuerentia ducatum
& si qua alia necessaria fuerint præbeas. Datum *Laterani* 7. Cal. Iulii.

Mandatum apostolicum pro Præposito de Conuentu
Marchbach postulando.

I *NNOCENTIUS* Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis in Christo filiis
Præposito & fratribus ecclesię *Marchbach*, salutem & apostolicam benedictio-
nem. iuxta apostolicam sententiam non tantum debemus attendere quod no-
bis est vtile sed quod multis vt salui fiant atque de nostra habundantia indigen-
tium inopiam supplere debeamus. Cæterum sicut nostris est auribus intima-
tum ecclesia beati *Petri Vndensstorf* de vestro collegio sibi expedit habere Præ-
positum. Quamobrem vniuersitati vestre per apostolica scripta rogando man-
damus atque præcipimus quatenus vnum de fratribus vestris quem eadem Ec-
clesia ad suum regimen postulauerit ipsius loci fratribus concedatis & eo-
rum bonum propositum nequaquam impediatis. Datum apud *Baym* IV.
Non. Iunij.

Priuile.